



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ  
Principia Et Usum**

De iudiciis criminalibus

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii [u.a.], 1766**

Titulus XI. De Poenis Fori Secularis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68185)

censeo, cum ejusmodi homines historiae fidem facile explodant 34.) : ad horrorem Censurarum, & reverentiam erga Claves Ecclesiae potenter permovere debet exemplum fortissimorum Imperatorum & Regum, qui Majestate sua non indignum censuerunt, humili pœnitentia reconciliari Ecclesiae, & gravissima Censurarum mala a se amoliri. Præclara THEODOSII & ARCADII Imperatorum exempla confundunt aliquorum impudentiam sub larva fortitudinis latentem.

TITULUS XI.  
DE POENIS FORI  
SECULARIS.

§. 141.

POSTQUAM recensuimus usitatiores pœnas Fori Ecclesiastici, pariter enumeramus pœnas hodierni Fori secularis, & adjungimus quasdam doctrinas in materia pœnarum utriusque foro communes. Consideramus autem hoc loco mere pœnas *Criminales* : *pœna fori secularis*

---

34.) Vid. S. PETRUS DAMIANI lib. 1. epist. 10. THEOPH. RAYNAUDUS de Monitor. Eccles. part. 2. c. 11.

les : nam *Civiles*, quæ unice favorem ac utilitatem Actoris concernunt, qualis est dupli, quadrupli, hodie non sunt in usu, cum pœnæ pecuniariæ ad fructus Jurisdictionis pertineant. Quæ autem ad reparandum damnum imponuntur, pœnæ nomine proprie non habent 35 ).

Sunt varia:

§. 142. Pœnæ Criminales aliæ sunt *Capitales*, quæ vitam naturalem aut civilem tollunt, uti Decollatio, Suspendium, Rotæ contusio, Combustio, perpetuus Carcer, Bannum Imperii; aliæ *non Capitales*; & hæc quidem vel *corporis afflictiva*, ut fustigatio, flagellatio, aurium amputatio 36.), damnatio ad opus publicum,

35.) SCHILTERUS ad Pandect. Exercit. 49. Thef. 61. seqq. MATHIAS STEPHANI in Proœmio Const. Crim.

36.) Quam ignominiosa sit amputatio aurium, erudite docet CLAUDIUS EXPILLY Plaidoye 25. Olim erat etiam in usu abscissio narium, ut constat ex Legibus militaribus FRIDERICI I. apud RADEVICUM de Gest. FRIDER. I. lib. 1. c. 26. & GUNTHERUM lib. 7. ubi feminae sub pœna abscissionis narium jubebantur exesse ex castris; *Naso mutilabitur illa reciso*. Hodie hæc pœna ob multas causas rarior est.

cum, triremes, ergastula &c.; vel non afflictiva corporis, ut privatio dignitatis, relegatio, carcer; confinatio, qua quis certo loco, qui Judici subest, exire prohibetur; pœna pecuniaria, 37.), infamia, itigmatis, inustio, palinodia in Judicio criminali; nam extra hoc judicium civilis hæc pœna est. Per aliquas ex his pœnis reus risui & contemptui exponitur, uti si sistitur ad numellas, si probroso ligno constringitur colum, si quis in caveam versatilem includitur, si quis per plateas deducitur

L 5

tur

---

37.) Pœnæ pecuniariæ nimis leves non coercent malitiosos homines. Exemplum est in Leg. XII. Tabul. Tit. 25. ibi: *Si injuriam faxit alteri, viginti quinque aris pœna sunt.* Addit A. GELLIUS lib. 20. c. I. quis erit tam inops, quem ab injuriæ faciendæ lubidine viginti quinque asses deterreant? . . . Quidam LUCIUS NERATIUS fuit, egregie homo improbus: is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum servus sequebatur crumenam plenam assibus portitans: & quemcunque depalmaverat, numerari statim secundum duodecim tabulas viginti & quinque asses jubebat. *Nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat.* C. 72. XI. 9. 3.

tur lictore pulsante tympanum, quod fieri solet meretricibus &c. Aliæ sunt poenæ *legitimæ*, quas ipsæ Leges exprimunt; & hæ sunt vel *latæ sententiæ*, quæ ipso facto incurruntur, exigunt tamen sententiam declaratoriam Judicis; vel *ferendæ sententiæ*, quæ per sententiam condemnativam Judicis infligi debent: aliæ *arbitrariæ*, quarum determinatio ex arbitrio Judicis, ad analogiam Juris tamen adstricto, pendet, ita ut ipsi ex pluribus determinatis electio relinquatur. Poenis Criminalibus accensetur Infamia, nam *neque famosis, & notatis, & quos scelus aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patibunt 38.)*.

§ 143.

38.) L. 2. C. de Dignitat. Qui differentiam infamiæ facti & juris tollunt, *Cornicum oculos cum DONELLO* configunt, ut loquitur SCHILTERUS Exercit. 10. thes. 25. DONELLI doctrina lib. 18. c. 6. proposita, refutatur in Notis ab HILLIGERO adjectis lit. J. De Cornicum oculis vid. ERASMUS adagiorum Cent. 2. Optime de hac re loquitur DUARENUS ad lib. 3. tit. 2. Pandect. de his qui notantur infam. m. fol. 67. seq.

§. 143. Pœnæ ordinariæ nonnunquam ob atrocitatem criminis, artificiosam malitiam, reiterationem, *asperata;* pluralitatem aut ob alias circumstantias exasperantur. Pœnæ Capitales jure Romano conjunctam habebant confiscationem bonorum 39.); quas leges JUSTINIANUS 40.) moderatus est; CAROLUS V. omnino sustulit, excepto crimine Majestatis 41.). De legitimo sensu Carolinæ Constitutionis litigant nonnulli, quorum aliqui insertam particulam *vel* prorsus omitti volunt, ita ut sensus articuli turbetur. Id certum videtur, Confiscationem, excepto crimine læsæ Majestatis, abrogari, quando pœna infligitur capitalis, ne post Rei mortem, etiam uxor & liberi puniantur, ac in extremam paupertatem redigantur. Reliqua illius Articuli verba intelligi possunt, quod Confiscatio in aliis non capitalibus criminibus locum habeat, quando ea nominatim statuta reperitur. Sic Monopolia & fraudulentæ Propolarum, seu Dardaniorum

---

39.) L. 1. seqq. ff. de bonis damnator.

40.) Novell. 134. cap. fin.

41.) Const. Crim. art. 218.

niorum artes sub pœna confiscationis prohibentur in Constitutionibus Imperii 42.). Quænam autem bonæ cadant in Confiscationem, ubi hæc statuta est, docet REGNERUS SIXTINUS 43.). Exasperationis species sunt quando amputatum caput, vel corpus imponitur rotæ; comburitur; dissecatur in quatuor partes, in viis publicis suspendendas: item quando reus ad pœnam capitalem ducendus imponitur trahæ; forcipibus candentibus vellicatur; manus ante decolationem abscinditur, vel clava ferrea contunditur; lingua abscinditur; crura & brachia prius rota franguntur, quam caput vel pectus contunditur.

*Non nunquam mitigatæ.*

§. 144. Sicut exasperari, ita etiam mitigari ordinariæ pœnæ possunt et iusta causa, quam approbare censetur Legislator. Talis causa est deliberationis & iudicii defectus propter ætatem teneram, ebrietatem 44.)  
ira-

42.) Reform. Polit. anni 1548. & 1577. tit. 18. Vid. CARPZOV. Pract. crimin. p. 2. q. 135. SAM. STRYCK. de Ducdanar. Vol. 1. disp. 2. c. 6.

43.) De Regalib. l. 2. c. 12. n. 36. seqq.

44.) BÖHMNERUS Consult. Tom. 2. c. 18.

iracundiam & impetum justa ex causa ortum 45.) ; ob defectum doli, nam culpa etiam lata excusat a pœna ordinaria 46.) ; ob seductionem, stupiditatem, melancholiam, statum rei a nativitate surdi & muti simul. Item ob incertitudinem corporis delicti, ob solum conatum, ob concursum, ob insignem reorum multitudinem. Extraordinariæ & arbitrariæ pœnæ mitigantur ob qualitatem sexus, dignitatem personæ, spem emendationis, pœnitentiam in continenti declaratam, corporis imbecillitatem, qualis est in feminis gravidis, vitam bene actam, carceris diuturnitatem ; nam etsi carcer juxta Leges Civiles non ad pœnam, sed ad custodiam destinatus sit 47.), continet tamen in se pœnam, & ideo ejus diuturnitas est causa mitigandi pœnam ordinariam 48.) . Varias tempe-

---

spons. 1056. hanc in militari judicio non attendi, deciditur ibid. resp. 1057. & statuitur in Ordin. Saxon, apud LUNIG Corp. Jur. milit. fol. 805. art. 36.

45.) L. 1. §. fin. ad Leg. Corn. de Sicar.

46.) L. 7. ibid.

47.) Tot. tit. C. & ff. de Custodia reor.

48.) L. 23. C. de pœnis. ubi jubent Imperatores, ne in exilium ejiciantur, qui



perandi pœnam causas recenset (TRAQUELLUS 49.), quæ tamen non omnes in praxi recipiuntur. Fundamentum in Legibus ad mitigandam pœnas non habet insigne Rei artificium, impunitatis promissio, spontanea Rei confessio, feminae intercessio, paupertas, numerus liberorum, conversio, & emendatio ad breve tempus.

*Crimini affinis est* §. 145. Cum Crimine propinquam affinitatem habet *Conatus*, seu *Conatus*, paratio actualis mediorum ad crimen, & *causa* consummandum directa, absque effectum *moralis* effectu tamen secuto. Ejusmodi *Criminis*, paratio habet suos gradus. Nonnunquam *Conatus* per se in crimen peculiare abit, uti vulneratio animæ occidendi facta: in foro externo pœna proportionatur inflictio vulneri, non autem neci intentatæ. Si enim  
Judex

---

longo tempore fuerunt incarcerationi. Si  
satis immensorum cruciatuum semel longis  
supplicia, ne hi, qui diu privati sunt a  
ra communis haustu, & lucis aspectu  
intra breve spatium catenarum ponderibus  
pregravati, etiam exilii pœnam sustinere  
iterum compellantur.

49.) Tract. de pœnis temper. aut remitt.  
qui continetur operum tom. 7.

Judex necem intentatam punire velit pœna mortis, quam pœnam imponet propter mortem secutam? aliquando tamen talis conatus consummationi æquiparatur, veluti in crimine læsæ Majestatis 50.) ; in homicidio proditorio 51.) ; in parricidio 52.) . Circa alia crimina plerumque attenditur, utrum conatus ad actum proximum pervenerit ; utrum effectus, ipsius delinquentis pœnitentia, an factio quodam externo impeditus fuerit? Pro diversitate harum circumstantiarum pœna extraordinaria imponitur, nisi crimina sint atrocissima. Ponunt aliqui generalem regulam, ex ea culpa puniendum quem non esse, ex qua damnum nullum secutum est 53.) . Unde inferunt, falsitatem Scripturæ, quæ jure non probat, pœnam non mereri. Qui falsam monetam percussit, si in totum

---

50.) L. 5. C. ad Leg. Jul. Majest.

51.) L. 1. ff. & L. 7. C. ad Leg. Corn. de Sicar.

52.) L. 1. ff. ad Leg. Pomp. de Parricid.

53.) Desumunt hanc regulam ex L. 10. §. 1. ff. ad Leg. Rhod. ex L. 45. ff. de O. & A. præcipue ex L. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.

tum formare noluerit, suffragio poenitentiae absolvitur (54.). (COBUS BOURICIUS 55.) testatur, supremam Curiam Frisiae non statuisse poenam mortis in mulierem, quae suo marito venenum propinaverat, ex quo mors non est secuta (56.). Criminosis annumerantur etiam, qui ad crimen perpetrandum concurrunt mandando, jubendo; societatem criminis ineundo, opem ferendo, noxios receptando, de criminis quaestu participando, alterum instruendo crimen suscipiendum non impediendo, quod impediri debuisset, crimen jam perfectum celando, incitando, laudando &c.

*Inter Crimen & Poenam*

§. 146. Certum apud omnes est, poenam debere proportionari delicto, quænam autem proportio servari debeat, agitata inter Jurisconsultos quæ-

54.) L. 19. ff. ad Leg. Corn. de falsis.

55.) Tract. qui inscribitur *Captivus*. c. 2.

56.) Allegat BOURICIUS BALDUM, qui tamen Cons. 437. Vol. 3. loquitur de eodem modo de eo, qui confecit venenum causa occidendi Sempronium, statuitque poenam arbitrariam crimini huic extraordinario juxta L. 1. §. fin. ff. de extraordin. crim. FELINUS SANDEUS editit Epistolam ad Interrogationem: *quomodo cognatus puniatur,*

quæstio est, an scilicet Arithmetica, an vero Geometrica? Geometrica proportio dicitur, quæ ex rationibus magnitudinum inter se similibus conflatur inæquali excessu. Hæc datur inter numeros 3. 9. 27. 81. 243. ubi tripla ratione progreditur, similesque complectitur rationes, ita ut numerus prior ubique ter contineatur in posteriore: excessu tamen valde inæquali; nam primus numerus a secundo distat tantum senario: quartus vero scilicet 81. a 243. simili quidem ratione tripla distat, ita tamen ut excessus longe major sit, scilicet 162. Et quo longius progredimur, eo majus futurum est incrementum. Proportio autem *Arithmetica*, & progressionem & excessum æqualis est; ut 3. 9. 15. 21. 27. ubi semper æquales rationes continentur, semper senarium numerum addendo priori.

§. 147. Aliqui excogitant etiam *Debetes* Proportionem *Harmonicam*, quæ *ra-se pro-*portiones similes & æquales complecti-*portio* tur. Dum has proportionem ad gubernandam Rempublicam applicant, exemplum ponunt in Legibus *Con-*nubialibus duodecim *Tabularum*, quæ

M juxta

De Judic. Crim.

juxta proportionem Geometricam volebant, ut Patricii ducerent Patricias, plebeji plebejas, prout fere in Germania obtinet. Si vero cautum esset, ut connubia forte quarerentur, ut Nobiles obscuris sæpe sortitione obvenirent, ut opifex feminam illustrem duceret; hac ratione æqualitas popularis Arithmeticiis Legibus induceretur: hæc Arithmetica proportio convenit statui populari, geometrica autem statui Aristocratico. Harmonica autem gubernandi forma utrosque tuetur, uti si plebeja locus patricio egenti nupserit; aut patricia inops a pecuniis, plebeja locupletis; & quæ venustate ac forma excellit, ei qui ingenii præstantia pollet.

*Arithmetica, vel Geometrica, vel Harmonica.* §. 148. Arithmetica regendæ civitatis forma ordinatur juxta regulam ferream & inflexibilem, ita ut Legibus iisdem omnes, iisdem etiam personis utantur, nec in pœnis decernendis rationem dignitatis, aut nobilitatis habeant ullam, nec privilegium cuiquam irrogari patiantur. At Geometrica regendæ civitatis forma, nomen Lesbiam imitatur: hæc enim plumbea fuit, ut in quamvis parte flexibilis

flexibilis ad omnem lapidem sic accommodaretur, ut de materia quoad ejus fieri posset, nihil periret; cum ceteri, qui lapides ad normam accommodare consueverant, materiæ detrimentum paterentur: ita Judices legem ad propositas causas aptari oportere putabant, ut ex personarum, temporum ac locorum varietate ab illa inflexibili rectitudine discederetur. Neutra ex his regulis placet BODINO 57.). Ut igitur a regulæ Lesbix mutabilitate, rursusque ab illa inflexibili rectitudine, id est ab arithmetiis & geometricis artibus paululum discedatur, inventum est dictum tertium regulæ genus, scilicet harmonicum, quod lege, æquitatē, & officio Magistratus temperatur, prout fufius declarat BODINUS.

§. 149. His bene consideratis apparet, decisionem propositæ quæstionis potissimum dependere ex diversa Idea, quam Scriptores de proportionatione Arithmetica, vel Geometrica concipiunt. Communius docent, observandam esse in pœnis decernendis

M 2

dis

---

57.) De Republ. lib. 6. c. 6. ex quo ista desumpimus.

dis proportionem Arithmetica, sicut in compensando damno ex iustitia commutativa. Nam in aestimando delicto consideratur materiale, & simul formale, scilicet vitiositas actus: in aestimanda poena consideratur praecipue persona, quae debet poenam sustinere; & finis, ad quem consequendum imponitur poena. Diversae enim conditionis personae inaequaliter laeduntur per eandem, nec de & in abstracto consideratam poenam, ut eleganter advertunt Imperatores 58.) , juxta quos si personae vilior fuerit, cui damnum fame non injuria, poenam patiatur exilii. Unde haec poena huic delicto in hoc subiecto non est respectiva, sive Geometricae, sed sine respectu simpliciter, sive Arithmeticae, vel quantitate, sive re aequalis 59.).

Quis puniat delinquentem depositum, & Clericus §. 150. Ex praecedente Titulo constat, a Judice seculari poenas committentibus infligi Clericis, ab Ordine Clericali depositis, & privilegio Clericali spoliatis. Contigit nuper, ut Clericus

58.) L. 2. C. ut intra certum tempus de  
59.) STRUV. ad Pandect. Exercit. I. tit. I. th. 30. seqq.

Clericus in Minoribus constitutus, <sup>iterum</sup> deposito habitu Clericali, militiæ no- <sup>assumpto</sup> men daret, & inde violato Sacramen- <sup>habitu</sup> to militari transfugeret. Resumpto <sup>Clericali?</sup> postea habitu agnoscitur ab aliis com- militonibus suis, & custodiæ militari mancipatur. Provocat ad privile- gium Clericale: hujus usum negare videtur CAROLUS DE GRASSIS 60.): concedit FARINACIUS 61.). Prior opi- nio fundata censetur in Concilio Tri- dentino 62.), quod videtur require- re, ut tempore delicti fuerit habilis ad privilegium Clericale per gesta- tionem habitus, aliaque requisita 63.).

M 3

TITŪ-

- 
- 60.) Tract. de Effect. Cleric. c. 1. n. 1293.  
61.) Rer. Crim. lib. 1. tit. 1. q. 8. n. 66.  
62.) Sess. 23. C. 6. de Reform.  
63.) De vario pœnarum genere legi me- retur CAROLI DE AQUINO Lexicon mi- litare verb. *Pœna militares*. Singularem militum quæ undam pœnam refert BON- FINIUS Rer. Ungar. Dec. 1. lib. 10. crudelissimum autem supplicium Dec. 5. lib. 3.